

dunt, hoc discriminis inter damnationem in metallum h. e. metallurgiam, & inter opus metalli sive metallurgiæ facientes, ut illa gravioribus malis; hæc lenioribus condemnatos presserit. quæ tamen acceptio neutiquam huius loci est.

§. 11. Deinde sicuti Physici metalli nomine omnes septem species, ut vulgò numerantur, comprehendunt, suamque distinctionem inter perfecta & imperfecta metalla non observant, nomen hoc tanquam Genus de suis Speciebus efferentes: Ita ex hac hypothese Metallurgia pro quibuslibet metalli fodinis accipitur. Et terra etiam Hermundurorum fertilis est omnium ferè metallorum, ut hic argenti; illic stanni; alibi cupri vel ferri fodinæ reperiantur. Imo latior adhuc metalli & inde Metallurgiæ significatio juxta Juratos atque Politicos occurrit; quippe qui non cum Physicis tantum consentiunt, sed præterea etiam lapides tam nobiliores, quam ignobiliores, ut & media mineralia, puta terras, & succos concretos, alias apud Physicos à metallis distinctos, sub hac eadem voce comprehendunt; eaque propter, quòd terra effodiantur. Testis est illustris Dn. à Seckendorff in Teutschen Fürstenthum Staat p. 3. cap. 1. vom Bergwercks Regal: Bergwercke nennet man solche Orter / allwo allerhand Metallen / Erzk / Mineralien / auch köstliche Steine gefunden / ausgegraben / und zubereitet werden / als da ist / Gold / Silber / &c. Zaspis und andere köstliche Marmel und Steine / sintemahl gemeine Steine / Thon und Leimen für keine Berg Art gehalten / sondern dieselben zu graben / und seines Gefallens darmit zu handeln einem jeden Herrn des Ackers oder Gemeinde des Orts verstatet wird.

§. 12. Sed nostri metallarii hujuscemodi homonymiam duabus vocibus includunt; Berg Art / und Erz. Berg Art ist / die so viel Metall hält als eine Schütte Stroh / v. g. Späte / Wispickel / Drusen / Querkben / &c. Erz aber ist / was Metall in sich hält / (unde Silber Erz / Kupffer Erz / Bley Erz / &c.) weil es die beste und gnieflichste Erde ist / wie man Erz Bischöffe höher und grösser würdet / denn gemeine Gesell Priester. Ita metallicè describit *Mathesius Saxept. C. III. p. 41.* Verum enim verò, de hisce ex instituto impræsentiarum animus differendi non est. ideoque nec generalis ista vocis notatio locum hic inveniet, cujus rei gratiâ, cum istam duntaxat metallurgiam, h. e. fodinas, ex quibus argentum eruitur, illustrare placuit, discriminis ergò apposui vocem *argentaria* æquivocationem